

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius breviloquus

Reuchlin, Johannes

[Basel], 1486

In presenti libro continentur

[urn:nbn:de:bsz:31-299469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299469)

Sūt qui sibi iam plurima compa

rare volumina statuerunt. a quoz profecto lectione sepius dictionum auer-
tit ignorantia. fastiditq; animus legentis. cū orationis vocabula minus in-
telligat. Itaq; ne libri qñq; nobilissimi fastidio lectoris arca reconditi rodā
tur tincis. ac consumant ceteris ligni termetibus. iste omniū vtilissimus li-
ber vocabularius. cui nomen est breuiloquo Basilee acri studio electus. et
emendata nitidaq; littera impressus est. vt facile possit quisq; omniū autoz
lector illud tanq; ad appollinem delphicum. id est ad quoddaz interpretis
oraculum recurrere. vbi ⁊ vocabula tam theologie vniuerse. q; iuris vtri-
usq; ceterarūq; facultatum non sine lucidis expositionibus reperiat. Nec
eius in orthographia obseruantiam tradiderim silentio. Habet em̄ tot in se
orthographiē. id est. recte scribendi rationis conatus atq; studia. vt nesciā
si possit ipius diligentia saltem aliqua pecunia pariter equiparari. Compe-
riet studiosus lector iandudum latitantez diphthongoz artez. que debeat
syllaba vel p ae. vel p oe. conscribi. quid p i. vel p y. quid aspiratione vel si-
ne ea. Deniq; quo sit accentu quodq; vocabulum enunciandū. Q; si cūctas
velim etiam eruditiones vtilissimas hic expmere. neq; mēbrana sufficet ne-
q; dies. Sane sciendum p lectoris cuiusq; in hunc librum introductione. q;
sunt qdam uel noue posita vel abbreviata. Nam cum e. repereris. tm̄ valet
q̄tum ae. diphthongus que pene ad similitudinem e. littere solent a nobis
pnunciari. e. vero pro oe. ponitur. que et ipa diphthongus instar e. littere
a pluribus pfertur. Item que ponitur p quae. Et pze p prae. In quib; au-
tem dictionibus huiusmodi debeant diphthongi collocari. videbitur infra
tum in arte Suarini Veronensis litteratissimi viri. tum in exercitatioe. hoc
est. in huius breuiloqui vocabularij assidua lectione. Ibi em̄ in practica in-
uenies. quod grammatici in speculatione p̄cipiunt. Item vbi pe. cor. asper-
eris. penultima correpta scito valere. pe. pro. penultima producta. antepe.
antepenultima. me. cor. media correpta. me. pro. media pducta. Item vbi
m. s. masculini generis secunde declinationis. vel mas. gene. masculini ge-
neris. Item. f. p. feminini generis p̄me declinationis. Item neu. ge. neutri
generis. Item. ⁊. t. cōmunis generis. tertie declinationis. Item. ⁊. p. com-
munis generis. p̄me declinationis. ⁊c. In verbis qz. a. p. actiui generis p̄-
me p̄iugationis. a. s. actiui generis. secunde p̄iugationis. n. t. neutri generis
tertie p̄iugationis. a. q. actiui generis. quartē p̄iugationis. d. p. deponētis
generis. p̄me p̄iugationis. ⁊ sic de alijs.

In presenti libro continentur.
Item ars diphthongandi Suarini Veronensis
Item compendiosus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus vtilis de accentu.
Item Breuiloquus vocabularius.